

...dixi ex monachis aliis quinque oblationes non
solus in ecclesiis sed etiam in domis et in
reptibus et in magna quedam et a suis ex humeris
in corpore mta facilitare. Sed discere Rom. viii.
occultum. Tunc autem dico. Vero donec quia ce-
bui. Non a pueris ista abnoticiā demonū
per nonnulla ecce experimēta optū ē. Sed vtrū
figma quedam dent ex corpore cogitatu
illis sensibilia nos aut latēta an alia vī spi
rituali ista cognoscant. à difficultate ptab
homīb̄ à omnino p̄t inueniri.

V

Nod autem sordilegit diuinī si
cessare noluerit et cōmunicati
sūt. rōne et auctoritate p̄bat.

E

Et enī quoddā genus cultus
repudioꝝ ex demonū dissūltacōb̄ situ
na p̄dicere. Dicit enim auarus q̄ cultū deo
vibitū nūmo impendit y doloꝝ cultor ab
ap̄lo nō iurat. sic illi qui futura que er dī
oraculo nōnumquam reuelata inueniunt
vel demonū dissūltacōe uel q̄buslibet p̄st
gīs inuenire laborār. diuinitas in atra
antris attribuiunt. futura enim p̄fare solius
dei ē. Qui in sui cōtemplo plane etiā angelos

esse necessi
tates su
ioribus.
nde nō
nū dicēdū
superiora
in causa
cīp̄ licet
figua
erum.

T

q̄s
ep̄s.
fuluisse.
ota pro
slo offilio
unū siue
idat ar
em siue
on. sic p
la voca
ōne pur
tūr quā
ocat de
cum ad
ducim

...te xenjai totū haur. Ite ex
si caplo. xxx.

SACRIS OFFICIS

ON oportū
sacrī officīs edītōs
gicos vel m̄cīatores existē.
Laterīa q̄aīaz suaz vīcula
aut q̄ talib̄ rebus vītūtūr pre
missus. Itē ex oīlio tolē
pītūlo. xxx.

DORORE PRAE
] quis gōenū aurū.
Eps aut pressīr à diaconi
libet de ordīnib̄ clēicōꝝ ar
cītatores à ariolos à cītāug
nēgos vel q̄ p̄fitētūr artē ma
eoꝝ silia exerctētes cōfūlūtū
fuerit. ab honore dignitatē
mōsterij curā recipiat. ibīq̄s p
me edītūs l̄celūs admīssūs fa
uat. Ite ex agathētī cōclīo.

Dr. Georg Schenkendorf, 3. Gebot, in T. 1690.

IX. B. 6. 315.
45.

Sod

~~Dicitur Apostoli Tertius~~
~~XXXIII. 9. ou~~

29 529.

SOLO FAVENTE DEO.

DISPUTATIO JURIDICA

Continens decadem controversarum
Quæstionum

De

MILITARI TESTAMENTO.

Quas

Consensu atq; suffragio Magnifici & Amplissimi Jurisconsultorum Ordinis in Academiâ Lipsiensi,

SIGISMUNDUS FINCKELTHAUS
U.J.D. Facultatis Juridicæ Ordinarius & PP.

Publicæ disquisitioni subjicit,

Et

Respondendo defendet


M. SIGISMUNDUS FINCKELTHAUS
Filius,

Ad diem 25. Augusti, 1636.

LIPSIAE,

Typis hæred. FRIDERICI LANCKISCH.





Quæst. I.

AN Romanorum privilegia militaria testan-

di, ad nostri temporis milites pertineant?

Affirm.

Rat: (1.) quia ubi eadem ratio, ibi idem jus. *I. illud que-*
situm. 32. in fin. princip. ibi. eaq; ratio similiter. ff. ad L. Aquil.
 Sed eadem rationes apud Milites nostros adhuc durant,
 propter quas olim militibus Romanis militari jure testari
 concessum fuit. E. Nam (1.) idem in genere obtinet fa-
 vor militiæ. (2.) Eandem nostri milites in primis sustinent
 expeditionem & periculosam occupationem bellicam.
princ. Inst. de milita. testam. ibi. cùm in expeditionibus occu-
pati sunt. l. milites. 15. ibi. in expeditione degentes. l. ne qui-
dam. 17. ibi. quia in expeditionibus occupati. C. de testam. mi-
litis. l. unic. ibi. cùm eadem pericula. ff. de bonor. possess. ex te-
stam. milit. (3.) Accedit eadem imperitia, quæ existâ occu-
patione oritur nostris militibus. princ. I. de milit. testam.
ibi. propter nimiam imperitiam eorum. eadem quoq; sim-
plicitas. l. quanquam. 3. in pr. C. eod. l. i. ff. d. t. ibi. simplicitati
eorum. l. scimus. 22. ibi. arma enim magis quam jurâ scire mi-
litæ sacratissimus legislator existimavit. C. de jure de liber.
l. i. ibi. propter simplicitatem armatæ militiae. C. de juris &
facti ignor. (4.) eadem publica utilitas hodiè resultat. Nov.
116. in fin. prefat. ibi. Exercentur enim & militant, ut com-
munitibus utiles sint rebus. Eundem siquidem finem sibi
propositum habent, ut scilicet Rempublicam tueantur, ho-
stem à finibus propulsent, & vel res amissas recuperent, vel

A 2

eas

eas, quæ adhuc possidentur, conservent. Rat: (II.) quia milites nostri æquè ob bellum necessitatem hodiè propriis atq; singularibus privilegiis, beneficiis, præmiis, sunt invitandi & animandi. arg. l. de militis. 2. ff. de testam. milit: Siquidem nulla ratio patitur, ut iis patriæ privilegia comminuamus, qui nobis patriam suo sanguine defendunt, salvam reddunt & incolumem.

Rat: (III.) quia nullâ constitutione Imperatoriâ hoc privilegium testandi militibus nostris est ademtum. Cur igitur stare prohibeatur? arg. l. precipimus. 32. §. fin. C. de appellatio.

Rat: (IV.) quia milites nostri sæpiissimè non pro Regionem modò, pro aris & focis, pro Salute Reipublicæ, nec tantum de gloria, ut Romani: sed etiam pro verâ & Sacro-sanctâ Religione, sanguinem profundunt, atq; animam im-pendunt.

Rectè verò excipimus eos, à militibus nostris, quos videmus sub vano nomine militiæ, arg. l. per Illyricum. 9. in fine. ibi. vano militiæ nomine. C. de cohortalibus. lib. 12. huc il-luc in pagis vagabundos oberrare, armorum atrocitatem non in hostes ostendere, sed adversus miseros colonos, quos procurandos suscipiunt, ut loquitur Imperator in l. licet. 35. C. de locato. convertere, non nisi rusticorum anse-res, gallinas, oves, boves, vaccas, aliaq; supellestilia surripe-re, & in viis publicis rapinas exercere, vulgo Herrnlose Knechte/Gartbrüder/Landleuffer/Strassenräuber/Freybeu-ter/ quos Geilius non immerito impunitos latrones vocat, eosq; omni suppliciorum genere dignos scribit. tracta.de Arrest. Imper. c. 9. n. 12. Tales namq; Errones tūm Imperiō Romanō Reichs Absch. zu Augspurg/Anno 1555. §. Und dāmit angeregte. Policeyordn. zu Francff. Anno 1577. tit. 7. tūm Electoratu Saxoniæ non impunè exterminari juben-

jubentur. Torgaw: Aufschreiben §. Wann wir dann.
vers. Vff solche umblauffende Knechte vnd Personen/
welche sich inner halb 4. oder 5. Tagen aus vnsern Lan-
den/an andere Orten/doch nicht rotten weiss/sondern
einzelich wenden sollen / mit fleiss achtung zu geben/
auff sie zu greissen vnd straffen zu lassen.

Q. II.

An privilegiis testamentariis gaudeant (1.) Cle-
rici, vulgo die Feldprediger dicti? (2.) Consiliarii
bellici die Kriegs Räthe? (3.) Medici? Affirm:
Modò in hosticolo deprehendantur & ibi decedant.

(1.) Per textus in l.unic. ff. de bonor. posses. ex testam. milit.
ibi. si in hosticolo deprehendantur, & illic decedant. l. rescripta.
44. fina. ff. de testamen. milit. Dicitur autem deprehendi
in hostico, qui in loco ab hostibus occupato, & sic quasi in
conflictu ita circumventus est ab hostibus, ut tutò effuge-
re non possit. Donell. ad l. Scriniarios. 16.n.5. C. de testam.
milit. (2.) Quia in hosticolo versantes, eadem pericula
cum militibus experiuntur, ideo & meritò eadem jura si-
bi vindicant. d. l. unic. ibi. cum eadem pericula. (3.) Quia
hoc casu & què apud Clericos, Consiliarios, Medicos, exer-
citui militari juramento adstrictos, uti apud veros milites
intermortuæ videntur legum & testamentorum solenni-
tates. (4.) Quia prædictæ personæ vel in primis favore pe-
culiari & privilegio dignæ sunt; CLERICI namq; cœlestis
militiæ milites. 1. ad Timoth. 1. v. 18. specialiter in expeditio-
ne militant, & exercitui, quoad cœlestem doctrinam &
animarum salutem maximè prospiciunt atq; proficiunt. Ea-
dem favoris ratio singularis est, quoad CONSILIARIOS
BELLICOS, siquidem bella non tam robore & virib⁹, quam

A 3

pruden-

prudentiâ & consilio instituuntur, geruntur, expediuntur.
Quocirca & Xerxes magis consilio Themistoclis, quâm ar-
mis Græciæ vicitus dicitur. Joseph.lib. 2. de bello Judaico.
Et plura consilio quâm vi perfici, testis est Scipio Amara-
thes, lib. 2. discurs. 6. Itemq; Cicero alibi ait: Non viribus
aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ ge-
runtur, sed consilio & auctoritate & sententiâ. Unde
& Dux ille Græciæ non optavit, ut Ajaci similes decem
haberet, sed ut Nestori, quod si accideret, non dubitavit,
quin Troja brevi esset peritura. Sic neq; M E D I C I S hoc
privilegium invidendum est. Horum namq; curâ, si mili-
tum corpora, vel mutilata ac vulneribus sauciata sint, in in-
tegrum restituuntur, vel si morbis debilitata, vires eorum
reficiuntur, atq; præservantur.

Q. III.

An eadem privilegia competant etiam mer-
catoribus & laniis victualibus, qui commeatum ad
militum castra adducunt, quos vulgo Märfeten-
ter/oder Proviantföhre vocant?

Distinguimus: Aut enim frumentum necessariamq;
annonam advehentes id faciunt ex Mandato Dūcis belli.
arg.l.Scriniarios.16. ibi.jussionibus obtemperant. C.de testam.
milit. Et tunc non quidem de jure stricto, siquidem ar-
mis mancipati non sunt, sed ex singulari humanitate, pri-
vilegio testamentario uti possunt, si in castris eos decedere
contingat. Tunc enim ad eos per rescripta principum
hoc beneficium porrigitur. *arg.d.l.fina. ibi. rescripta prin-*
cipum. Et ibi, si in hostico deprehendantur. Et ibi, sive quis a-
lius. ff. de milita. testam. d.l. unic. ff. de bonor. possess. ex testam.
milit. Aut commeatum istum militarem sponté procurant:

Et

532

Et tunc hujus privilegii eos participes esse non putamus.

Ratio in priore casu est manifesta, quia quemadmodum hostis, si victualia, ut loquimur, ei desunt, wenn es dem Feinde an Zufuhr vnd Proviant mangelt/ facile superari potest. arg. l. necare. 4. ff. de agnosc. & alend. liber. Certum namq; est, vias penuriâ plurimas expeditiones sàpè impeditas irritasq; factas esse. Petr. Gregor. Tholosa. lib. ii. de Republ. cap. 3. Gregor. Nichfer in axioma. polit. cap. 227. Ita quoq; ab alterâ parte exercitus, annonâ sufficiente, ex jussu Ducis belli instructus, facile firmatur & corroboratur. Wird durch Zufuhr gessercket. Ratio quoq; in posteriore ca-
su patet, tûm quod hi jussionibus magistrorum militum non pareant. d. l. scriniarios. 16. ibi. jussionibus, tûm quod turpis lucri sui causâ, quæstui quocunq; modo inhient, atq; principaliter indulgeant. arg. l. per. Illyricum. 9. ibi. non illi, qui immania lucra secentur, sed qui necessitatem officiis o-
licitudinibus debit is exequantur. C. de cohortalibus lib. 12.

Q. IV.

An & milites Limitanei, qui nimirum in ho-
stium finitimis locis & Imperii limitibus, ad re-
pentinas illorum incursiones intenti sunt, so auff
den Grenzhäusern liegen / Et Stationarii, qui ad
tuendam provinciæ alicujus quietem aluntur, so
vff den Festungen in der Besatzung liegen / jure
militari, omissis solennitatibus juris civilis, testari
possint? Negam.

(1.) Per text. in l. ne quidam. 17. ibi. his solis, qui in expe-
ditionibus occupati sunt. C. de testam. milit. l. fina. C. de resti-
tutio. milit. ibi. his solis. Et ibi. eatantummodo tempora, que
in ea-

in eâdem expeditione. §. sed hactenus. 3. ibi. quatenus mili-
tant, & in castris degunt. J. de milit. testam. Ex quibus texti-
bus notanda est particula: *Solis*: quæ est exclusiva. arg. l. i.
C. Ubi & apud quem cognitio in integr. restit. l. cùm oportet. 6.
C. de bonis quæ liber. Et particula: *Quatenus*: quæ im-
portat conditionem. l. si cùm dotem. 22. §. nec non. 6. ff. solu-
to matrimon.

Sensus itaq; prædictorum textuum est: Quod milita-
ria privilegia testamentaria iis solis competant, Jure po-
tissimum *Justinianeo novo*, qui in Expeditionibus sunt oc-
cupati, & quatenus in castris degunt. Ut proinde, in qui-
b; conditio ista deficit, in illis privilegia quoq; militaria de-
ficere necesse sit, arg. l. si quis sub conditione. 8. ff. si quis omissa
causa testament. At Limitanei & Stationarii milites non in
expeditione sunt occupati, d. l. nequidam. 17. ibi. occupati.
neq; in castris versantur. arg. l. 2. §. pro limitaneis. 8. C. de
offic. præfec. Africæ. nec ita vel præsentissimum vel immi-
nens periculum, quod tamen huic privilegio causam dedit,
experiuntur: l. unic. ff. de honor. possess. ex testam. milit. ibi.
experiuntur. Siquidem Limitanei in munitis oppidis & ca-
stellis excubant, Stationarii plerumq; in mediâ pace, tem-
pore induciarum ad provinciæ quietem aluntur l. i. §. quies.
12. ibi. ad tuendam popularium quietem. ff. de offic. præfec. urbi.
Ut propterea, cùm in tempore peritiores consulere possint,
non excusandi veniant. arg. l. in honor. possession. 10. ff. de honor.
possession.

(2.) Per text: in princ. J. de milita. testam. junc. d. l. fina.
C. de restitut. milit. ubi Expeditionum necessitas, seu castra
opponuntur aliis locis: *Illi autem temporibus*, inquit Imper-
ator Justinianus, per quæ CITRA Expeditionum necessita-
tem, in ALIIS LOCIS degunt, minimè ad vindicandum
tale privilegium adjuvantur.

(3.) quia

(3.) Quia privilegia strictè sunt accipienda, l. quod constitutum est. 21. ff. de milit. testam. l. i. §. planè. 2. ff. de constit. princ. l. in omnibus. 68. de R. J. præsertim quia ipse Imperator Justinianus hoc testamentarium privilegium non nisi ad milites in castris seu expeditione occupatos. d. l. 17. ibi. Solis: Et d. §. 3. J. d. t. ibi. quatenus. Et deinde ad illos, qui in hostico ex improviso obruuntur, extendere voluit. d. l. unic. ff. de bonor. possess. ex testam. milit. l. fina. ff. h. t.

Cum hoc jure Justinianeo convenit, (4) in hoc casu Const. Maximiliani I. Anno 1512. tit. Von Notarien. §. Von Testamenten. ibi. Aber diejenigen Ritter/ so nicht in solcher Übung vnd Streit/ noch zu Felde liegen/ sollen ihre Testament nach gewöhnlichen Recht machen.

Q. V.

An etiam Doctores, Professores, Advocati &c. ad privilegia testamentaria, militibus concessa, provocare, & secundum ea testamenta condere valent? Neg:

(1.) Per text: in l. cùm antiquis. 37. fina. C. de inoffic. testam. ubi testamenti factio omnibus quidem, ad exemplum peculii castrensis, etiam in peculiis quasi castrensis permititur, sed tantum de jure communi, quo septem testes & alia solennia requiruntur. Estq; (2.) ratio, quia hæc privilegia non simpliciter militiæ, sed militiæ armatæ concessa sunt. l. i. C. de jur. & fact. ignorant. ibi. armatæ militiæ. Militibus nempè in armorum expeditione occupatis. l. ne quidam. 17. C. de milit. testam. princ. J. eod. Et §. hactenus. 3. Inst. eod. ibi. quatenus militant, & in castris degunt, l. milites. 15. ibi. in expeditione degentes. C. d. t. l. si quondam. 15. C. ad L.

B

Jul. de

Jul. de adulter. ibi. per occupationem militarem non licuerit.
l. unic. ibi. cùm eadem pericula ff. de bonor. possēs. ex testam.
milit. Doctores autem, Professores, Advocati non sunt in
expeditione, vel armis occupati. E. (3.) quia ex hac oc-
cupatione bellicâ & armorum diurnâ nocturnâq; tracta-
tione oritur juris imperitia, quâ milites optimè se tueri
possunt: Et succurrunt iis jura expressè in l. quanquam. 3.
C. de milit. testam. ibi. propter simplicitatem militarem. pr.
J. d. t. ibi. propter nimiam imperitiam eorum. d. l. i. C. de jur.
& facti ignor. ibi. ignorantia juris propter simplicitatem.
l. i. ff. de milit. testam. ibi. simplicitati eorum consulendum. l.
scimus. 22. ibi. arma etenim magis quam jura scire. C. de ju-
re deliberan. Unde & Tacitus alibi ait: credunt pleriq;
militaribus ingeniis subtilitatem deesse, quia castrensis ju-
risdictio secura & obtusior, ac plura manu agens, callidi-
tatem fori non exercet. Ad hanc autem ignorantiam ju-
ris & simplicitatem Doctores, Professores, Advocati pro-
vocare non possunt, cùm turpe ipsis sit, jus, in quo versan-
tur, ignorare, vel ejus ignorantiam prætendere. arg. l. 2. §.
Servius. 43. ff. de origin. jur. cùm potius alios jus docere, arg.
pr. Inst. de Codicill. ibi. sapientes viros. & ibi. Trebatum sua-
sisse Augusto. & de jure respondere debeant §. responsa. 8.
J. de jur. nat. gent. & civil. d. l. 2. §. post hunc. 47. vers. Et ut
obiter, sciamus. ff. de origine jur. (4.) quia nec veri milites
extra castra degentes ad vindicandum tale privilegium te-
stamentarium adjuvantur, sed jure communī testari juben-
tur. pr. J. de milit. testam. vers. Illis autem temporibus. E.
multò minus milites togati istorum privilegiorum parti-
cipes erunt. Et hæc omnium ferè Dd. communis est sen-
tentia (à quâ tamen Georg. Acacius Enenckel de priv. milit.
l. i. c. 3. n. 8. 9. recedere videtur) teste Grasso in commun. op-
inion. §. Testamentum. q. 4. Ut ab eâ recedere ridiculosum
sit, quod Corasium dixisse testatur Grassus, d. l. Q. VI.

Q. VI.

An Testamentum militis absq; ullis testibus subsistat? Distinguimus inter testamentum Militis scriptum & nuncupativum.

In Testamento militari scripto, testes non requiri putamus. (1.) Per l. milites. 15. C. de milit. testam. ubi Imperator Constantinus expressè agit de testamento scripto. ibi. adnotaverint, inscriperint: Et decidit, quod voluntas illa stabilis sit, quoquo modō eam miles sive in vaginā, sive clypeo, literis sanguine suo rutilantibus, adnotare, imò in pulvere inscribere gladio suo potuerit aut voluerit. Atq; ita militis testamentum constare potest, qualicunq; saltem scripto, testibus non firmato. (2.) Per Novell. Leonis. 40. vers. Nam quod statuerunt. ibi. quin & nullis adhibitis testibus. Et ibi. quemadmodum de iis, qui in acie occumbunt, constitutum est. Ubi Imperator Leo etiam de militari testamento in scriptis confessio loquitur: Respicit enim ibidem ad l. Legem. Milites. 15. C. de milit. testam. Gotofred. ad d. Nov. Leon. 40. verb: De iis qui in acie. Estq; (3.) ratio, quia militis testamentum valet ex solā & nudā ejus voluntate. pr. Inst. de milit. testam. ibi. quoquo enim modo. l. 1. in princ. ibi. ut quoquo modo. l. in fraudem. 15. §. 1. ibi. nudā voluntate. ff. d. t. l. quanquam. 3. ibi. quo modo velint. & ibi. heredes scripserit. C. eod. l. miles. 35. ibi. scriptura. & ibi. solā perficitur voluntate. ff. eod. Si igitur hæc sola militis voluntas, tanquam causa formalis ad supremam bonorum suorum dispositionem sufficit, nihil aliud requiritur, nec testes erunt necessarij, jam enim perfecta est voluntas d. l. 35. ibi. perficitur. Et ita valet ex privilegio & Constitutionibus Principum. l. 1. l. Divus. 24. l. Titius. 25. l. rescripta. 44. ff. na. ff. de milit. testam. princ. & §. 1. Inst. d. t.

B 2

Inte-

In testamento autem militis nuncupativo voluntatem
ejus duobus tantum testibus, juratis tamen, l. jurisjurandi. q.
C. de testibus, probari posse existimamus, non quidem ut hic
numerus testium quasi forma & solennitas quædam adhi-
beatur, sed tantum ut testamentum factum esse doceatur.
Ratio est, quia cum nuncupativum testamentum à milite
conditum esse dicatur, omnino tunc probari illud, tan-
quam factum quoddam, necesse est: Et quidem quod serio
& testandi animo ac voluntate, non autem joco, aut ludici-
ris verbis, fortè inter pocula aut in sermone familiari, qua-
si aliud agendo, pronunciaverit. l. Divus Trajanus, 24. ibi:
Et sine scripturâ. Et ibi: convocatis ad hoc hominibus. Item,
ita locutus est. Et c. ff. de milit: testam. l. Lucius, 40. ibi: di-
ctavit. Et ibi: legitimis probationibus ostendatur. ff. d. t. §.
planè, l. Inst. eod. Ad probationem autem hanc duo testes
sufficiunt. Ratio est, quia testamenta militum aestimantur
ex jure gentium. arg. d. l. quamquam, 3. Ibi: juris vinculis non
subjiciuntur, l. si à fratre, 14. ibi: non continet juris observatio-
nem. C. de milit, testam. l. tribunus, 20. ibi: communi jure ci-
vium Romanorum, l. ejus 34. §. l. ibi: in jure militiae, ff. d. t. Ex
jure gentium autem, ut negotia humana idonea probatione
confirmari possint, ad minimum duo testes sufficiunt. l. ubi
numerus, 12. ff. de testibus. Sanè in recessu Imperii anno 1512.
Zu Edlin sive Constitutione Imperat. Maximiliani I, tit:
Von Notarien. § Von Testamenten. vers. Und sollen die
Notarien. fol. 98. distinguitur inter milites in acie seu ipso
conflictu & prælio, & inter milites in castris vel tentorio
testari volentes. Ut priori casu convocatio testium non sit
necessaria, sed utiq; posteriori, his verbis: Ritter die zu Felde
und doch nicht im Streit wehren / da wird solche Anzahl der
Zeugen nachgelassen / bis auf Zweien. Aber die Ritter die
in Übung des Streits seynd / mögen ihr Testament machen
ohne

555.

ohne alle solennitet oder Form vnd wie sie wollen. Rechte
autem Bocer. tract. de bello l.i.c.24. n.12. & 16. hanc Maximi-
lianii Constitutionem non ex jure Justinianeo, sed ex sen-
tentiâ Glossæ ad d.l.milites 15. Et quorundam Dd. opinio-
ne ortam esse, & in legem istam novissimam transisse ju-
dicat.

Q. VII.

An simplex militis præteritio tacitam exher-
erationem, etiam jure Novellarum, inducat; quo
justæ causæ expressio in exheredatione aliâs requi-
ritur? Affirm.

Rat. (1.) quia quod nuspiam mutatum est, cur sta-
re prohibetur? Cur Veterum legum [constitutionumq;
regulis non relictum intelligatur? l. præcipimus. 32. §.6. fina.
C.de appellat. Legum enim correctio summoperè vitanda.
cap: cùm expedit. 29. de electio. in 6. præsertim in materia
testamentaria multis vigiliis & privilegiis excogitata. l.si
quando. 35. in princ. C.de inoff. testam. Sed jura & privile-
gia militaria antiqua quoad hanc præteritionem in l. sicut
certi juris. 9. C.de milit. testam. Et in §. sed si in expedition. 6.
ff. de exheredat. liberor. comprehensa, nullibi leguntur
mutata aut correcta. E.

(2.) Quia ratio juris veteris hodiè adhuc durat, vigetq;:
Nempè quod Miles, in expeditione constitutus, ad solennia
testamentaria nec hodiè adstrictus sit, inter quæ & institu-
tio & exheredatio reputantur. l. inter cetera. 30. ibi: ordinan-
da. Et ibi: instituendis vel exherdandis. ff. de liber. & post-
bum. Proveniunt enim ex jure civili & patria potestate.
l. i. ff. ad l. Falkid. l. hac consultissimâ. 21. C. de testament. Mi-
litus vero testamentum consistit in solâ nudâq; voluntate

B 3

eius,

ejus. l. i. in fin. princ. l. miles. 35. ff. de milita. testam. l. i. C. eod.
Quoquo modo enim velit, & quoquo modo possit, testatur.
l. Rescripta. 44. fina. ff. d. t. l. quanquam. 3. l. ne quidam. 17. C. eod.
princ. 3. eod. ibi: diligens observatio remissa est: secundum ju-
ra gentium. arg. d. l. 3. in pr. ibi: Juris vinculis non subjiciantur.
l. si à fratre. 14. ibi: non continet juris observationem. C. d. t.

(3.) quia Nov: 115. cap. 3. causas exheredandi justas ex-
igens, non facit specialem mentionem militis, ejusq; testa-
menti. Veteres autem leges nunquam ex Novellis corri-
guntur, nisi id ipsum vel in præfatione ab Imperatore ex-
primatur, vel in Conclusione arg. Nov: 1. cap. 4. §. 2. ibi: in
omni personâ, sive privatâ sive militari. Quicquid igitur
in d. Nov. 115. cap. 3. dicitur, & verbis licet generalibus, expri-
mitur, ad specialia privilegia non pertinet. arg. l. decurioni-
bus. 3. C. de silentiarijs. Sed intelligitur d. Nov 115. cap. 3. cum
exceptione: Nisi sit miles.

Q. VIII.

An Substitutio à milite in casum secundum,
ultra nempe ætatem pupillarem verbis directis fa-
cta, sustineatur post pubertatem jure directo, an
jure fidei commissi? Putamus, bona militis ad sub-
stitutum post pubertatem, ex jure & privilegio mi-
litari, atq; ita jure directo, non jure fidei commis-
si, pertinere.

(1.) Per l. Centurio. 15. ff. de vulgar. & pupill. substit. ubi
JGtus Papinianus scribit, substitutum à milite, ultra puber-
tatem, intra decimum quartum annum filii, cui substitu-
tus est, propria bona, jure communi, capere, post eam verò
ætatem patris duntaxat. Certum autem est, quando jure
commu-

communi succedit, ipsum directò adire hereditatem. E.
 cùm & eodem modo succedat ex privilegio, atq; si heres
 jure communi fieret, directò ad patris hereditatem veni-
 re dicendus est. Estq; (2.) ratio, quia si substitutio à mi-
 lite facta est, tūm uti is voluit, ita valet. *l. cum filius fami-*
lias. 28. ibi. qualem vellet, substitutionem facere potest. Et
ibi. substitutionem valere. ff. de milit. testam. Nuda enim ejus
 volūtas in institutione & substitutione attenditur. *l. infrau-*
dem. 15. §. 1. l. miles. 35. ff. d. t. At verò miles substitutionem,
 quam verbis directis ultra pubertatem fecit, jure directo,
 valere indubie voluit. Id enim voluit, quod expressè cavit.
l. quarebatur. 19. ibi. si hoc specialiter expresserit, ff. d. tit. At-
 qui ut substitutio directò valeret, eo ipso, quod directis u-
 sus fuit verbis, cavisse satis intelligitur. Verba enim ex com-
 muni usu exaudienda. *l. Labeo. 7. §. 2. ff. de supellec. lega.* E.
 substitutio directò facta, directò quoq; valet, & sic uti ver-
 ba sonant, ita & voluntas militis fuisse censetur. Accedit
 (3.) ad hanc Militis voluntatem, & facultas atq; potestas
 ejus. Hanc enim potestatem miles absq; dubio habet, quia
 facere potest, ut desinat heres esse is, qui semel heres fuit.
l. miles. 41. in pr. ff. de milita. testam. Sicut & miles instituere
 potest ad certum tempus, & ex certo tempore, eaq; institu-
 tio valet jure directo, non ex fidei commisso. *d. l. miles. 41.*
in pr. Et *l. fraudem. 15. §. miles 4 ff. d. t.* Cui ergò & mili-
 taris substitutio, tanquam institutio secunda, ex eodem
 directo jure & privilegio militari non valeret? Præfertim
 (4.) quia aliàs etiam ad fidei commissum non facile recur-
 rendum est, nisi expressè de voluntate testatoris constet.
l. Titia. 34. in princ. ibi: nec possit utile fidei commissum pu-
tari, quod datum non sit. l. cum pater. 77. §. mando. 24. ff. de
legat. 2.

Q. IX.

Q. IX.

An testamentum, quod quis paganus, antequam militare cœpit, domi confecit, militiæ tempore factum intelligatur? *Affir.* Si postea à milite quid vel dictum, vel factum probetur, quod valere id voluerit.

(1.) *Per l. Titius. 25. ff. de milit. testam.* ubi manifesta debet esse militis testatoris voluntas, vel verbis: *ibi.* ab eo dictum esse probaretur. vel facto: *ibi.* postea ab eo factum. (2.) *per l. Tribunus. 20. §. 1. ff. de milit. testam.* *ibi:* si tabulas inciderit, legerit, rursus signaverit, interleverit, perduxerit, adjecerit, emendaverit. *Estq;* (3) ratio, quia requiritur aliqua voluntatis declaratio. *l. idem q. 9. §. 1. ibi:* si hoc maluit miles. *d. l. Titius. 25. ff. de milit. testam.* *ibi:* aliquo modo declaravit. §. sed & quis. 4. *ibi:* vel alias manifesta est voluntas militis hoc valere volentis. *Inst. de milit. testam.* Alias si nihil postea à milite vel factum vel dictum esse probetur, quod valere velit: Ad commune jus (ita enim legendum: *Jus, pro: Eius:*) pertinet. *d. l. Titius. 25.* non ad privilegia militum. *d. l. Tribunus. 20. §. 1.* Constitutionibus enim principum, non militum testamenta, sed quæ à militibus facta sunt, confirmantur. *d. l. Titius. 25.* ubi ICtus Marcellus ita testamentum militis à militari testamento eleganter discernit.

(4.) quia si vel verbis vel factis aliquid miles declarat, perinde habetur, ac si *de novo* miles testatus esset. Idque innuit Imperator Justinianus in d. §. sed & quis. 4. *ibi:* quasi ex novâ militis voluntate. E. novâ voluntate, vel verbis vel factis declaratâ, omnino opus est. Dissidentes inter alios textus & rationes adducunt. *l. in fraudem. 15. §. testam. 2. ff. de milit. testam.* quasi ibi non nova voluntas,

554

luntas, non nova lectio, non novum factum, aut quævis
alia voluntatis declaratio requiratur: Sed hoc saltem, si vo-
luntas contraria non sit, atq; ita, ajunt, testamentum ante
militiam factum, eo ipso, quod non mutatum est, jure mili-
tari valebit. Antinomia inevitabilis inter d. l. 15. §. testa-
mentum. 2. Et d. §. Sed & si quis. 4. 3. d. t. quibusdam Inter-
pretibus videtur. Uti & Anton. Matthæi in notis ad d. §. sed
& si quis. 4. contraria responsa ICtorum nominat. Alii nar-
rative potius quam assertivè hoc dici in d. l. 15. §. 2. existi-
mant. Nos in ipso discursu nostram aperiemus senten-
ciam de vero d. l. in fraudem 15. §. 2. intellectu.

Q. X.

An Miles in dubio jure communi, an jure mi-
litaris testamentum condere voluisse censeatur? Po-
sterius nobis, quamvis multi dissentiant, placet.

(1.) Per l. Si miles. 6. ff. de testam. milit: ubi miles C R E-
D I T U R, hoc est, existimatur, seu præsumitur, quod pro-
parte testatus, pro parte intestatus decedere voluerit. Con-
tra regulam in l. jus nostrum. 7. de R. 3. (2.) Per l. si duobus.
37. ff. de milit. testam. ibi: pro eâ parte intestatus V I D E B I-
T U R defunctus decessisse. Estq; (3) ratio, quia non est
credendus miles id genus testandi elegisse, quo ipsius judi-
cium possit impugnari. l. si miles. 3. ff. d. t. Quod tamen fa-
cile contingeret, si testamentum militis non secundum pri-
vilegia militaria, sed secundum strictas juris civilis regulas,
& nimiam & miseram diligentiam. l. Lucius. 88. §. Lucius 17.
ff. de leg. at. 2. ac nimias subtilitates. l. fina. vers. cùm res per
testium. C. de fidei com. l. cùm antiquitas. 28. ibi: quippe causa
subtilissima. C. de testam. l. Et ab antiquis. fin. ibi: legum sub-
tilitatibus. C. d. t. examinaretur. Imò hoc foret stultissi-

C

mum

mum. arg. §. ceterum. 5. vers. sed erit stultissimus. 7. quod cum
eo qui in alie. potesta. (4.) quia milites magis arma quam
jura scire existimantur. l. scimus. 22. fin. in pr. C. de Jure deli-
ber. l. milites. 31. C. de locato. Quia igitur jus commune i-
gnorare presumuntur: l. i. C. de juris & facti ignor. princ. 7.
de milit. testam. id etiam velle non presumuntur: Voluntas
enim notitiam presupponit. arg. l. mater. 19. vers. nec enim.
ff. de inoffic. testam. l. in repudianda. 23. ff. de. acquir. heredita.
Hinc illud: Ignoti nulla cupido. (5.) quia quae in alicujus
favorem introducta sunt, non debent in odium & adversus
voluntatem ejus detorqueri. l. quod favore. 6. C. de legibus.
Præsertim in casu dubio, ubi nemo beneficio suo renunciare
voluisse censetur, arg. l. penult. C. d. pact: ubi omnis actus ita
semper interpretandus est, ut valeat potius quam pereat.
l. quotiens. 80. ff. de V. obl. ubi semper benignior sententia eli-
genda & amplectenda est. l. semper in obscuris. 9. l. in omnibus.
90. de R. f. Sed testamentum militare, quod absq; solenni-
bus communibus valet, est in favorem militum introdu-
ctum, propter eorum nempe operam, quam in expedi-
tione periculosa bellicâ Reipublicæ natant salutarem. No-
vel: 116. in fin. prefat: d. l. ne quidam. 17. ibi: qui expedi-
tionibus occupati. C. d. t. l. si quondam. 15. ibi: per occupationem
militarem. C. ad l. Jul. de adulter. l. unic: ubi: cum eadem pe-
ricula. ff. de bonor. possess. ex testament. milit. E.

Corollarium.

Consueverunt ii, qui alienos labores, suppres-
so veri auctoris nomine, profuis venditant, furibus
æquiparari. (a) Hinc queritur, quâ poenâ furtum
hoc literarium (b) coerceri possit? (c.)

(a) Sic

(a) Sic Cicero lib. 5. de finibus honor. & malor. in editio. Go-thofr. pag. 159. inquit: Stoici totam ad se nostram philosophiam transtulerunt, atq; , ut reliqui fures earum rerum, quas ceperunt, signa commutant, sic illi, ut sententiis nostris pro suis uterentur, nomina tanquā rerum notas mutaverūt. Sic & Cassius Severus hoc genus hominum simile furibus esse dicebat, qui poculis alienis mutarent ansas, ne à dominis agnosci possent. Duaren. in epist. ad Francisc. Balduinum. Sic quoq; ex Plinio ait Vivius lib. 1. decis. 146. n. 15. Obnoxii esse animi, & infelicitatis ingenii, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere.

(b) Furti hujus literarii multos præstantes & eruditos viros insimulari legimus. Quorum tamen facta mirari non imitari decet. Panormitanum perstringit Felinus ad cap. 1. n. 8. ex. de Judiciis. ubi ait: Quæ Panormitanus hīc latè scribit, omnia ista furatus fuit à Dn. Cardin: qui ponit ea per verba formalia. Waremundus ab Erenberg in tracta. de regni subsidiis. cap. 5. n. 59. quæstionem Teuberi 13. p. 1. totam suam esse dicit: Ut & Clapmarium pleraq; ex suis collectaneis mutuatum esse asseverat in d. tracta. c. 4. n. 4. Et cap. 6. n. 26. Et cap. 7. n. 31. Ita Cunradus Rittershusius ad ll. 12. tab. in prolegome. c. 6. pag. 14. vers: Venio ad recentiores. indignatur, quod Valentinus Forsterus lib. 1. histor. Jurecons. Romanor. cap. 22. ne semel quidem Oldendorpium nominarit, à quo tamen omnia ad verbum descripsiterit. Sed & Tiraquellus tract. de Retractu. §. 1. glos. 9. n. 76. refert, Chassaneum plus quam sexcentenas integras paginas, ne vocabulo quidem mutato, ex legibus suis connubialibus in tractatum suum de Gloria mundi transcripsisse. Alia exempla videantur apud Bonifacium de furtis. §. corporalis. n. 7. 18. 19. 23. 24. 30. 31. 32. Petr. Fabrum lib. 3. Semestr. cap. 24. pag. 391. 392.

Petr. Gregorium in *Syntagma Juris*. lib. 36. cap. 31. n. 13.
Hilligerum ad Donell. lib. 24. c. 12. in not. lit. C. Et cap. 13.
in not. lit. E. pag. 1220. Et cap. 15. lit. C. pag. 1234. Et cap.
17. lit. F. pag. 1254.


Plura aliás de hoc furto notarunt: Bonifac. de furtis. d. §. corporalis. à n. 3. Martinus Monterus in *decisione prefatio*. ad lector. à n. 40. Frider. Tileman. in *discursu philologico de Historicorum delectu*. pag. 40. seqq. Vivius d. l. i. *decis.* 146. n. 15. seqq. Duaren. in d. *Episto. ad Francisc. Balduinum*. Petrus Gregor. in *Syntagma Juris*. lic. 36. cap. 31. num. 13. Waremund. ab Erenbergi de fœderib. l. 1. cap. 1. num. 52. seqq. Speckhan Cent. 1. quæst. 88. Wilhelm. Anton. Freundeberg de *rescript. merator.* in *Epilogo*. n. 16. seqq. Gryphiand. de *Insulis.* in *prefatio*. à n. 88.

(c) Existimamus: (1.) *Furti pœnam civilem locum habere*, si alicujus intersit, ratione damni emergentis, & si alienæ laudis occultator lucrum inde faciat. Arg. l. si is cui. 71. §. 1. ibi. qui *damnum passurus est*. ff. de furtis. Estq; ratio, quia spes lucri est, ex alieno largiri, & beneficii debitorem sibi acquirere. l. si *pignore*. 54. §. 1. ff. de furtis. Putamus quoq; (2.) *Falsum committere hosce fures literarios*, si non tam lucri causâ, quam dolo malo alienam famam & gloriam suppressant. Arg. l. quid sit falsum. 23. ibi. aut libellum describat. ff. de L. Cornel. de falsis. Et L. instrumentorum. 16. §. sed & 2. ibi. vel ut verum non appareat, celaverunt, subripuerunt, subjecerunt. ff. d. t. Estq; ratio, quia Fallum est dolosa veritatis mutatio. l. 2. d. l. 16. §. 2. ff. d. t. Quæ in detrectatore alienæ laudis, sæpè cum dolo in præjudicium autoris veri reperitur. Sed & (...) Extraordinariae quandoq; pœna per actionem in factum locus est, si forte fur iste literarius auctori non adeò nocuerit:

cuerit: Ratio est, quia nihilominus malitiam committit,
& ex alienis laboribus proprium honorem querit. Hæc
etiam communis est Dd. opinio, quod delinquens, quam-
vis falsitas ab eo commissa alteri non noceat, pœnâ ta-
men extraordinariâ, Judicis arbitrio, puniri debeat, Me-
noch. arbitr. *Judic. cas. 306. n. 22.* Egid. Bossius in *pract.*
crimin. tit. de falsis. n. 85. Farinac. par. 6. de *falsitate*
q. 150. par. 12. n. 362. seqq. Gabriel. *commun. Conclus. rubr.*
de maleficiis. lib. 7. Conclus. 5. n. 13. 14.

Caveant igitur hi fures, ne autores laude meritâ defrau-
dantes nomina eorum taciturnitati tradant; in hoc se-
cuti Imperatorem Justinianum in *Constit. Tanta. §. tanta. 10.*
De confirmatio. Digestor. Quin potius intelligent, ex Plini-
o, Ingenui esse animi, fateri, per quem profeceris. Ne
illis accidat, quod Horatius *lib. 1. Epist. ad Julium Florum. 3.*
Corniculæ contigisse refert, ut

— Si forte suas repetitum venerit olim
Grex avium plumas, moveat cornicula risum,
Furtivis nudata coloribus.



Magnifico Dn. Ordinario

Præsidi.

Magnificus Themidis Præses sua milite doctō
Castra levaturus, primus ad arma ruit.
Nempe ita fulgidulas fulgentior ipse catervas
** Stellarum, præses Hesperus ante micat.* * Dan. 12.

C 3

Dn.

Dn. Respondenti,


Filio.

Nuper erat frater fratri moderator. At hic est
Morigero Gnato Dædalus ipse Pater.
Fallor? an aligeros tentare ciconia primum
Aëra sic pullos cauta volare docet;
Ut videat, seniò quibus illætetur? utriq.
Finckelthusiadum donet utrumq. Deus!

Sic gratulatur

Andreas Corvinus Fr.
Orat. Profess.

F I N I S.



540.



153989



3

n VD 17

qui
pibla
litteris pibi
litterie di-
cantur ear-
te in quibus
continen-
tur incan-
tationes.

Onus
mo hec fi-
unt possi-
publica-
conem bo-
noꝝ in ex-
ilium in-
titur. ut. C.
z malef.
nullus. ac.

On
lice-
it. Ap-
segetes.
munguid
ergo hic
rephendi-
tur astro-
comam.


Consideratur id co[m] h[ab]endus c[on]sumus.
Quod autem miru si que admodum illi e copiis
humani vel perturbata uel mortificata tem-
perie seu bonas seu m[al]as futuras p[ro]uidet
ualitudines. sic demones in aeris affectioe
sibi notas nobis ignotas p[ro]uidet futuras
temp[or]ates. Aliq[ui] bonim etiā disposicioes
no solu votoe platas veru[er] etiā cogitacione
ceptas. cū signa q[ua]dam ex aio exp[er]iu-
nit in corpore tota facilitat p[ro]discut. atq[ue]
hinc etiam ultra finia iniiciant. alios vi-
tale regulae tanta multa multa non querunt.
fallunt enim illi dum illud mundum tolli-
cute q[ui] bonim et rogeterantur. **D**is ne apud
climates suos p[ro]dus auctoritatis amitt= processus
tant id agut ut inter p[ri]bus suis signorum
q[ui] suoꝝ diecto libo culpa tribuar q[uod] ipi
mali deceptri fuerint vel metu. Non nunq[ue] q[ui]
velo ipsi maligni spūs et illusores boim
atq[ue] inuasores salutis conꝝ solēt p[re]dice= frigidi Recepta
re defectu culture sue et p[ro]doloꝝ ruinam
quatinus p[er]sch videatur q[ui]d in singulis re- On licet
g[ener]is a locis vtruruz et q[ui]d aduersi sue fac- R[ep]piamis tenē tradi-
curare ut colere elemēta à
curfus. à manē signorum fa-
cīcda. uel ppter segettes
tā das uel dīm. C.
ctōm dītingere possit. q[ui]d etiā illi q[ui] g[ener]ū
historia legūt nō ignorār. Quid ergo
miru si iam minnēte tēplorū simulacro
rup[er]uerſioe quā ap[er]t[us] dei sumitā aū

illa p[re]ture facie. **V**nde
et nouissima aminutate in
elis. Cultores vero r[ati]o[n]e
mūione expandi sūt. S[ed] h[ab]et
ad coithios. h[ab]et q[ui]e frat[er] ho-
rus aut ydolis fruēs cu[m] et
bū sumere. **H**inc etiā m[od]o
mūmoris leg[is] u.

Los auspices vel initia
D [redacted] quis ariolos arup[er]t
res ob sua uerit à p[ro]bi-
v[er]sus fuerit anathema sit.
ritano oculio. ca. xxxiiij. **Q**
R [redacted] **N** diu macōes expe-
um subsecūtur. uel in domo
dīhoies introducunt exq[ui]-
magica à expiā di cā sub re-
laciēt scđm Gladus p[er]mit-
tēt ex oculi. martini p[ro]p[ter]e.

On licet R[ep]p[er]t[us]
R[ep]piamis tenē tradi-
curare ut colere elemēta à
curfus. à manē signorum fa-
cīcda. uel ppter seglettes
tā das uel dīm. C.

FarbKarte #13



29
529.

SOLO FAVENTE DEO.

DISPUTATIO JURIDICA

Continens decadem controversarum
Quæstionum

De

MILITARI TESTAMENTO.

Quas

Consensu atq; suffragio Magnifici & Amplissimi Jurisconsultorum Ordinis in Academiâ Lipsiensi,

SIGISMUNDUS FINCKELTHAUS

U.J.D. Facultatis Juridicæ Ordinarius & PP.

Publicæ disquisitioni subjicit,

Et

Respondendo defendet

M. SIGISMUNDUS FINCKELTHAUS

Filius,

Ad diem 25. Augusti, 1636.

L I P S I A,

Typis hæred. FRIDERICI LANCKISCH.